




# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/321487>

THESES  
JURIDICAE INAUGURALES.



15

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

## HERM. JOH. ROYAARDS,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

## Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

## PETRUS HERINGA CATS,

LEOVARDIA FRISIUS.


Ad diem XXX mensis Maii, anni MDCCXLIX, hora II.

——

TRAJECTI AD RHENUM,

Apud L. E. BOSCH ET FILIUM, Typogr.

MDCCXLIX.



# T H E S S.

## I.

In lege 57 D. mandati legendum est: sed ve-  
naliciarium. . . . Publiciana actione non inutiliter  
acturum.

## II.

Maritus, qui patitur rem suam ab extraneo uxori  
donatam, ab illa sciente usucapi, hanc vindicare  
nequit, quod non sit donatio prohibita.

## III.

Jus vindicandi caduca patribus per constitutionem  
**CARACALLAE (ULPIANI fragmenta XVII § 2)** ademtum  
 non videtur.

## IV.

In contractu innominato poenitentiae locus est.

## V.

Qui pensionem prorogavit, remissionem mercedis  
 petere potest ex Art. 1629 C. C.

## VI.

Verba ex Art. 212 C. C., door uitgaven boven  
 de inkomsten veroorzaakt, minime intelligenda sunt  
 de impensis, quae tantum in res unius conjugis sunt  
 erogatae; de qua quaestione minus recte statuere  
 videtur consult. Diephuis. (I. 1001.)

## VII.

Thesaurus ab uno conjugum inventus, non incidit  
in communionem lucri et damni; omnino autem quod  
adquiritur per lusum publicum, qui loteria dicitur.

## VIII.

Servitus in jure nostro hypothecae obstringi nequit.

## IX.

Vicinus, qui fructus ex vicini arbore in suum  
fundum delapsos collegit, eos restituere tenetur.

## X.

Mimime domino arboris licet in fundo vicini  
glandem legere, uti statuit Toullier.

## XI.

In Art. 294 C. M. legendum mihi videtur *schuld*  
*of merkelijke nalatigheid* loco *merkelijke schuld* *of*  
*nalatigheid.*

## XII.

Art. 63 C. M. abundat.

## XIII.

Art. 331 moribus est contrarius.

## XIV.

Concursus creditorum (*faillissement*) non finitur  
dimissis curatoribus eorumque rationibus probatis,  
sed in integrum restitutione, quae *rehabilitatio*  
appellatur.

## XV.

Aequitati convenit quod in Art. 203 C. M.  
regressus unice conceditur contra trassantem.

## XVI.

Indicium externum, quo mercator dignosci possit,  
statuendum fuisset.

## XVII.

Cum emtor ante diem statutum solvit, eoque  
percipit, quod *escompte* solet appellari, commissio-  
narium commissionem *de credere* suscipientem, illud  
*escompte* in committentis rationes inferre posse, juris  
regulis repugnat.

## XVIII.

Miles mendicus ex Art. 274 C. P. puniri potest.

## XIX.

Qui gratis in cauponam receptus est, propter furtum illuc commissum, ex Art. 386 § 4 C. P. puniri potest.

## XX.

Decreto 26 Martii 1814 toparchis jus restitutum est, constituendi rure (ten platten lande) Iudi magistros.

## XXI.

Poenae, lege 6 Martii 1818 (Stbl. N°. 12) non receptae, e statutis municipalibus irrogari nequeunt.

